

Predicatio Evangelica.

91. d. Aug. D. Ambr. Beda. d. Hier.

Ephes. 5.

Math. 28.

Ecclesia, quos respicit, facit Filios Dei.

92. Apoc. 21.

Aretas.

Ecclesia fundatur, ac dilatur Cruce Christi.

93. Status religiosus cum maceratione. Glossa.

94. Quid significat quatuor initia.

Religiones facundiam orbem. Thomas Angelic.

95.

oves, & agnos, & exivit in omnem terram, & quatuor angulos ejus, & est vel vas linteum, videntur voces hominum, & sunt sermones dei 1. Petri. 4. num. 11.

Tertia interpretatio est D. August. serm. 10. de Divers. D. Ambros. serm. 10. Origenes homil. 7. in Levit. d. Hieronym. epist. 39. d. Gregor. loco citato Beda, Carthusian. hic intelligunt Ecclesiam sanctam puram immarcescibilem absque ruga, & macula, ut ait apostolus ad Ephes. 5. num. 27. & descendit de Caelo Apocalypf. 21. num. 2. quae juxta Christi mandatum recipit in se omnes gentes: Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Matth. 28. num. 19. ut qui antea tamquam fere bestiae erant filii irae nunc renati fonte baptismatis in Ecclesia fiant filii Dei, & haeredes vitae aeternae: Profundè, & alte considera, quod postquam illud vas linteum ostensum fuit Petro cum illis animalibus receptum est in Caelo quia postquam illae gentes ingressae sunt in ecclesiam, recipiuntur in Caelo, ut cum Beatissimis Spiritibus sedeant in gloria.

Et Petrus vidit hoc linteum: quatuor initia submitti de Caelo in terram. Civitas haec sancta in quadra posita est, ut dicitur Apocalypf. 21. num. 16. de quo ibi multa dedi rationes quaestione 22. Illa ad praesens apta, quam Aretas ait: Cum civitas quadrangularis sit per figuram Crucis ex diametro dividitur, ut innovetur Cruci veluti inniti, crucemque habere pro fundamento. In quadro figura Sanctae Crucis denotatur quatuor initia illud vas Ecclesiam adumbrans submittitur, quia Ecclesia virtute Sanctae Crucis fundatur, stabilitur, crescit, & augetur, atque ad se gentes congregat, & adducit. Vel illa quatuor initia denotant quatuor Evangelistas, quorum doctrina Ecclesia est fundata, & locupletata; vel quatuor mundi partes, per quas Ecclesia sancta est dilatata; dicitur veluti linteum, ut explicat D. Ambros. citato serm. 10. Quia splendidum erat veluti linteum: vel etiam possunt intelligi Angeli tenentes quatuor Angulos terrae, Apocal. 7. num. 1.

Quarta expositio est valde moralis: hoc vas linteum intelligit Sacras Religiones. Ita glossa nam linteum, ut deponat suas Antiquas notas, ac ad candorem, splendoremque lintei deveniat, multum maceratur, tunditur, carminatur, sic qui ex saeculo veniunt ad Religionem, ut deponant sordes, ac faeces saeculi, quibus sunt illaqueati, indigent multa carnis maceratione, appetitum mortificatione, ut ad candorem, ac splendorem vitae religiosae deveniant.

In hoc autem linteo quatuor sunt initia, quibus fulcitur, quae sunt quatuor Religiones, mendicantes Dominicani, Franciscani, Augustiniani, Carmelitae, cum quibus, & ceterae Religiones veniunt vel quatuor haec initia sunt quatuor Orbis partes, per quas omnes Sacrae religiones multos, & uberes spirituales fructus faciunt in animarum salute Fluvius seu Fons, ut alii legunt, egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde dividitur in quatuor capita. Genes. 2. num. 10. r.omas angelicus per Fontem intelligit divinam Providentiam, per quatuor flumina Religiones Sacras quas deus ex sua infinita pietate dedit ad irrigandam, ac fertilizandam sua doctrina, exemplo, ac virtute univrsam terram.

Maximè notatur dignissimum, quod invitans Anima Sancta suum Divinum Sponsum, ut veniat in hortum suum, hoc faciat, per omnia tempora, de futuro: Veniat dilectus meus in hortum suum. Cantic. 5. num. 1. de praeterito: Veni in hortum meum soror mea, ibidem de praesenti Dilectus meus descendit ad hortum suum. Cantic. 6. num. 5. Illud descendit est in praesenti, ut clarius constat ex radice graeca; coherentia videbatur, si per eundem modum & per eadem tempora fieret sermo, nam persistencia in modo loquendi magnorum virorum est: magnum & altum mysterium hic denotatur Per hortum significantur Sacrae religiones, ut interpretantur D. Basil. D. Laurent. Justin. Rupert. Quos citant, ac sequuntur Ludovicus Soto major, Gislher, Cornel. hic ergo significatur, quod deus in Sacris Religionibus per omnia tempora magnos colligit spirituales fructus, de praeterito cum suis Sanctissimis Patriarchis multa Sanctorum agmina de futuro, ut confidimus in divina Providentia, in revelatione ostendit deus Sanctae Theresiae Sanctum nostrum Parentem Eliam pugnans, ac praedicantem contra Antichristum, cui adhaerebant multi Sacri Viri ex omnibus Religionibus, qui gloriose pro defensione fidei vitam fundebant, ut refert Ribadaneza 2. p. in vita Sanctae Theresiae, de praesenti tot, & tanti sancti Canonizati nostri contemporanei, ex nostra Carmelitana. Sancta Maria Magdalena de Pazzi, B. Joannes a Cruce, ex Dominicana B. Roza, S. margarita, S. Ludovicus bertrandus, en Augustiniana S. Thomas de Villanova, ex Franciscana S. Petrus de Alcantara, ex Sacra Societate Jesu S. Franciscus de Borgia, S. Ludovicus Gonzaga, S. Stanislaus, & sic de omnibus aliis familiis. Nota quod dicuntur Sacrae religiones dei hortus in singulari, & plurali: Veniat dilectus meus in hortum suum, aureolam aromatum, ut pascatur in hortis. Cantic. 6. num. 1. quia quamvis Sacrae Religiones videantur diversae ob diversos habitus, tamen in eis est unus tantum finis, una intentio gloriae, & honor Dei.

Cantic. 5.

Cantic. 6.

d. Bass. d. Laur. Justin. Rupert. Soto. Major. Gislher. Cornel.

S. Ther.

Ribadaneza.

QUAESTIO XIII.

Quare in hoc linteo apparent quadrupedia serpentina, & volatilia?

Magnum, & lautum convivium ex gentilitate conversa in his animalibus denotat, ex qua prodituri erant multi, & innumerabiles Magistri Procerae Ecclesiae Dei, non ut olim in Synagoga ex determinatis Cellariis Regis Cantic. 1. num. 3. ex gentibus. Sed ex toto ipso Caelo aperto paratur Petro, ut multa cum elegantia disserit d. Ambros. serm. 67. ut ait: Ut reficiatur Petrus non Cellarium sollicite reficatur, sed caelum ipsum proximum aperitur. Legimus Eliam in deserto corvis ministrantibus pastum, quanto melius Petrus, cui non parvam escam teira avis porrigit, sed integrum convivium multitudo Angelica subministrat.

In quo erant quadrupedia, &c. D. Petrus refert hanc historiam sequenti cap. 11. num. 6. ait, in quo erant bestiae, sicut & d. Cyrillus hic in praesenti legit feras, haec dicuntur in genere animalium, hic vero magis in particulari specificantur quadrupedia, serpentina, &c.

An hic etiam forent animalia immunda dubitabis. Origenes in caput secundum Genesios, d. Hieronymus in cap. 38. Ezechiel. tenent in hoc linteo fuisse animalia tam munda, quam immunda; munda significare Judaeos, immunda vero gentiles, aptius tamen, & magis coherentius ad literam d. Justinian. quaestione 89. ad Orthodox. folium

Cantic. 5.

Cantic. 6.

d. Bass. d. Laur. Justin. Rupert. Soto. Major. Gislher. Cornel.

S. Ther.

Ribadaneza.

96. Christianorum coepit. vium vul. de ampl. de gentibus. d. Ambr.

97. Diversa lectio.

98. An etiam in linteis essent animalia immunda. Origen. d. Hier. d. Justin.

QUAESTIO XIV

Quare cum in hoc linteo sint animalia terrestria, & volatilia, non tamen aquaria, & ut pisces.

Per pisces etiam mystice homines designantur, ut denotatur in Sagena missa in mare ad capiendos pisces. Matth. 13. numero 47. & in hoc sensu dixit: Christus suis Apostolis: Faciam vos piscatores hominum. Matthaei 4. numero decimo nono: Cur ergo in hoc linteo non apparent cum caeteris animalibus homines denotantibus.

Nota quod Deus mandavit antiquitus fieri sibi sacrificia de aliquibus animalibus terrestribus, volatilibus, non vero de piscibus, qui non offerebantur in sacrificiis, ut patet ex Levitico 1. à numero secundo, & notant Philo libro de victim. theodoretus quaestione prima, & ibi Expositores, & ratio genuina est Divina voluntas, congruentiae multae apud Doctores. Primo, piscis Symbolum est luxuriae, & ignaviae, abundant semine; Secundo est animal valde insipiens, & stultum, qualibet re decipitur ac piscatur: Tertio valde gulosus manducatur carnes, & alios pisces, multaque immunda Quarto magnum nefas inquinatum denotat, & ideo ut tradit Horus Aegyptius, Aegyptii, & Syri à piscibus abstinebant; Alias rationes adducunt a uthores ad citatum locum Levitici.

Ratio tamen literalis, quia piscis ut extrahitur ab aquis statim moritur, ideo nec offerebatur Deo in sacrificiis, nec in hoc linteo apparet, quia Deus tantum complacet in his, quae vivunt, & possunt ei obsequia exhibere, ut in animalibus vivis homines in multis affectionibus, & actionibus denotantur; hic canit Regius vates Psalm. 113. n. 17. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in Infernum, sed nos qui vivimus laudabimus te.

Et tantum vult Deus sacrificium à viventibus, quod illi maxime ei placent, qui ab infantia, ac vitae exordio ei dicantur, & ideo majora, ac potentiora sacrificia ex teneris consecrantur à vitulis, agnis, pullis columbarum, & ideo Abrahamus ex vitulo tenerissimo parat convivium Angeli Genes. 18. numero 7. & Bonus Pater filio prodigo ex vitulo saginato Luc. 1. num. 23. & Deus mandavit Numer. 3. numero. 15. Numerus filios Levi, omnem masculinum ab uno mense. Isidorus clarus ait: Isidorus Qui enim Dei cultum consecrandi sunt: ab ipsis incubulis instruendi sunt. Ut à teneris Deum colant, & in ejus obsequio se exercent.

Satis curiosè quæres: Cur magni viri suas Conciones Sacras per literas alphabeticas dirigunt, sic David Psalmo centesimo-decimo & psalmo centesimo-decimo-octavo & 144. Sic & Salomon Proverbiorum 31. Sic & Jeremias suos concinnat threnos Aleph, Beth, quænam coherentia inter alta Dei mysteriacum literis Alphabetis, qua à pueris balbutientibus, & vix scientibus loqui discunt in Scholâ: ut pueri ab ipsis primis elementis bibant in lege dei meditari, & contemplari, maximeque in illa informari. Divus Hieronymus in praefatione ad libros Regum ait: Quibus quasi literis, & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc, & lactentis quodammodo viri justi eruditur infantia: ut ita pueri eo nutri-

99. Triplex significatio de his animalibus. Glossa. Lyran. d. Basil.

Psalm. 118.

100.

Psalm. 113. d. Niss.

Quæ vitia vitia in illa transmutatur.

1. Cor. 15. Theoph. d. Ancl. Primaf.

101. Luc. 5.

Origen. Psal. 113. Gentes habentes pro diis lapides, sic dicuntur

solum in linteo contineri animalia immunda, non vero munda; Nam divus Petrus exhorruit comedere, quia illud erat immundum; si autem ibi essent munda non loqueretur absolute, sed cum exceptione de immundis. Deinde tota hæc visio ad hoc tendit, ut recipiantur à d. Petro in Ecclesiam gentes, quæ cultu idolorum erant immundæ; Petrus dixit: Nunquam manducavi omne commune, & immundum.

Quæres: Quid significant hæc animalia? Lyranus, Glossa, Interlinealis dicunt serpentina innuere invidios, ac iracundos, volatilia, superbos, & ambitiosos, Quadrupedia avaros, gulosos, & lubricos, Divus Basilus cap. 14. Isai. per quadrupedia intelligit grossos, ingenio tardos, per serpentina veneno defævientes, nempe invidio, & iracundos, per volatilia leves, ac inconstantes. Tertio dicam etiam, per serpentina intelliguntur homines infedi peccato originali, quod suggestione serpentis introductum est: per quadrupedia cum peccato mortali: Conculcaverunt Domine legem tuam, Psalm. 118. per volatilia, & homines cum peccato veniali, quod non demergit homines in Infernum: et hæc expositio maxime inservit in sententia illorum, qui id: quod infra dictum est Petro: Occide, & manduca interpretantur per Sacramenta scilicet Baptismi, & Confessionis.

Quæres secundo: Cur gentiles significantur per hujusmodi animalia? quia talia adorabant, ideo in eorum similitudines convertentur, ut de adorantibus idola gentium canit Regius Vates Psalm. 113. numero octavo: Similes illis fiant qui faciunt ea. Ut bene notat Divus Gregorius Nissenus homilia decima in Cantica & ait, Contemplatur linteum quatuor initis ab alio dimitti in terram omne genus hominum in se continens formatorum in formis innumerabilibus volucrum, quadrupedum, & reptilium bestiarum pro multiplici cultuum diversitate. Qualis fuerit Dominus: quem tu colis, talis eris, adoras avaritiam, superbiam in illis animalibus designatam, talis tu eris. Ait paulus 1. Corinth. 15. numero. 32. Pugnavi ad bestias Ephesi, ubi Theophylactus, D. Anselm. Primafius, & alii per bestias intelligunt Barbaros homines, bestias idolorum adorantes, & quia talibus inserviebant eorum mores usurpantes, bestiae sunt dicti, ac nuncupati.

Ait Joannes Baptista Luc. 3. numero octavo: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ quid autem Joannes intelligat per lapides, planum est apud omnes, non esse lapides materiales, sed gentiles homines, & hi merito à Joanne vocantur lapides, adorabant, & colebant magna veneratione lapides idola, qui deos lapideos, eorumque improbos mores sectabantur, inde consequens fuit, ut ipsi fierent lapides. Origenes homil. 22. in Levit. ait. Non utique lapides irrationales corporeosque monstrabat Joannes, sed homines insensibiles, & quodammodo duos, qui quia lapides, & ligna adorabant, impletum est illud, quod in Psalmo cantabatur: Similes illis fiant, qui colunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Verè qui colunt idola, & confidunt in eis similes sunt diis suis absque sensu, sine ulla ratione, in lapides, lignaque conversi sunt.

102.

Math. 13. Math. 4.

103.

Levit. 1. Philo. Theod.

pisces exacti à sacrificio ob aliquas congruentias.

104.

Viventes ad meritum.

Psalm. 113.

105.

A tenera aetate ferendi.

Gen. 18. Luc. 15. Num. 3.

Isidorus

Psalm. 118.

Psalm. 144

Psalm. 118. Prov. 31. Thren.

Psalm. 118.

Psalm. 144

Psalm. 118.

Psalm. 144

Y 3

tritum lacte bonos fugant mores, & fortes exurgunt Dei athlete.

107. Luctatur Jacob cum Angelo per integram noctem, & Jacob ex tanto luctamine victor, ac triumphator evasit, unde à victoria ei nomen inditum est: Angelus nequaquam inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, quia sic contra Deum fortis fuisti, Genes. 32. numero 28. Unde Jacob tanta fortitudo, ut Angelum superaret, ipseque Angelus se devictum fateretur? Recole, quod cum Jacob esset in utero matris cum fratre suo luctatus est, eumque ibi superavit, ut exponit Oseas cap. 12. numero tertio: In utero superavit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo: Cur ergo Angelum homo luctator ab utero suo amplexu non premeret qui artem luctandi callebat ab infantia? Nam Jacob cum fraterculo bene luctans jam meditabatur luctam cum Angelo processuram ut optime notat Theodoretus, & ait: Plantam fratris tenens in lucem produit, qualis futurus esset presignificans. Processu temporis vir factus adeo virtutis exercitatione excelluit, ut cum semel fratris timuisset adventum, Deumque rogasset, non modo auxilium obtinuerit, verum etiam visus sit ipse sibi luctari cum Deo, & victoriam reportare: Ab infantia luctatrice tantum rerum auspiciam designabatur.

108. Ait Regius Vates Psalm. 128. numero primo, Sape expugnaverunt me, & non potuerunt mihi. Sape inimici mei tanquam agmine facto irruerunt in me, Et non potuerunt mihi. Unde illi tanta fortitudo, & robur ad tot impetus superandos? Expugnaverunt me à juventute mea; asserit se à pueritia ludo tritum, ut fortior expugnaret impugnantem se; ut advertit D. Zeno ad Psalm. citatum & subdit: Non otiosa virtus viri religiosi est à teneri s nempe.

109. In hoc linteo animalia quadrupedia, serpentina, & volatilia denotant homines vitiosos, ac peccaminosos, vel, ut dixi, denotant homines cum peccato originali, mortali, ac veniali, à quibus omnibus purissima Virgo Maria longissimè ac distantissimè est segregata, & immunis.

110. Nam Sacratissima Virgo Maria nullum habuit peccatum actuale, ut est definitum in Concilio Tridentino sessione 6. Can. 22. quod verò in sua purissima, ac immaculata Conceptione nullum contraxerit peccatum originale, & quod in primo instanti illius fuerit omni gratia præventa, est hodie constans sententia Theologorum; pro qua plusquam sex millia Doctorum pugnant, ut dixi Opuculo 4. de Conceptione questione decima-octava numero 142. Ubi in toto opusculo, & multis aliis in locis meis ibi citatis multa de hoc magno mysterio dixi, omniaque pro tam sublimi, & alto arcano parva, & pauca sunt, & quis poterit intelligere, aut assequi Sanctissimæ Virginis Mariæ magnalia, & ideo optime ait D. Laurentius Justinian, serm. de Annuntiat,

111. Qui locus communiter à Sanctis Patribus de B. Virgine maria interpretatur, D. Athanasius sermone de Deipara, D. Damascenus sermone de Assumptione, D. Ildelphonus sermone de Assumptione D. Bernardus, D. Bonaventura, multis in locis, & alii communiter D. Chrysostomus sic legit: Erecta stetit regina à dexteris tuis, & ait: Erecta stetit, quia nunquam cecidit, in dextris utpote in loco valde honorifico; Chaldaus legit, Siabit liber legis in laere dextra tua, & exarabitur in Exemplari splendor tuus, veluti obriso ex Ophir. Ac si dicat; Maria Virgo est liber legis quæ utpote à te data est pura sine macula, in qua ò Æterne Pater, splendor tuus filius tuus tamquam in suo exemplari, ac transumpto, seu copia est exaratus, scriptus tamquam in auro maxime defsecato, Filius Dei totus purus sanctus imo ipsa puritas, atque sanctitas, Maria illius exemplar, ac transumptum tota pura, & immaculata.

112. Ad Virginem mariam ait Deus per Oseam. 14. numero nono: Ex me fructus tuus inventus, id est ille, qui est meus filius, filius tuus; vel tunc gloriatur Æternus Pater quod eundem habeat filium cum Maria Virgine, D. Bonaventura in speculo cap. 14. ait: Æternus Pater loquitur ad Mariam, ex me fructus tuus inventus, ex me, quia ex utero meo genitus est, sicut in Psalm. 109. Scriptum est: ex utero ante luciferum genui te; Tunc ò Maria ad hunc producendum electa. Ait Æternus Pater, quod filius tuus sit filius Deiparæ, & ait: Ex utero genui te. Filius Dei non procedit à Patre ex utero sed ex mente, ex Maria procedit ex utero, cur ergo non dicitur, quod filius procedit ex mente sed ex utero, quod pertinet ad nativitatem ex Maria? Ut fiat manifestum Patrem Æternum gloriari, quod filius suus sit filius Mariæ; mutantur principii nomina, ut id, quod est ex mente, dicatur ex utero, & etiam quodammodo nostro dicendi modo, quod sicut Filius Dei procedit ex mente Paterna purissima, & sanctissima, sic & suo modo à Virginis utero purissimo, & sanctissimo, & forte hac de causa intellectus paternus, à quo filius procedit, uteris nuncupatur.

113. Ait Salomon maxime considerandum: Viam colubri super petram. Proverb. 30. numero decimono: Quæ verba exponit D. Ambrosius libro de Salomone cap. 2. de Christo Domino, & ait: Venit denique coluber ad petram, qui Christus, sed Christus Diaboli verba contempsit, ideo in petra vestigium non fecit. Cum Christus esset petra, ut ait Apostolus: Petra autem erat Christus, non potuit venenosus serpens eum mordere, atque in eo ponere vestigium: Atqui Sanctissima Virgo est etiam petra juxta illud Isaiæ 16. num. 1. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ de petra deserti postulat Agnum natum ex Virgine Maria, quam dicit petram deserti; quia tunc mundus erat desertus à gratia dei, vel ut ait Cardinalis Hugo, ipsa solet patrocinari & defendere desertos, ac destitutos ab omni præsidio, Maria autem Virgo, ut ait Albertus Magnus sermone super. Missus est, est firmissima petra constituta quam Diabolus non potuit attingere.

114. Ait Salomon Proverb. 8. numero 23. Ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret, quando æthera firmabat sursum aedam numero 28. Quomodo hæc

QUÆSTIO XV.

Quare Sanctissima Virgo Maria omnino, ac totaliter est separata ab hoc linteo?

Agitur de illius Immaculata Conceptione.

109. In hoc linteo animalia quadrupedia, serpentina, & volatilia denotant homines vitiosos, ac peccaminosos, vel, ut dixi, denotant homines cum peccato originali, mortali, ac veniali, à quibus omnibus purissima Virgo Maria longissimè ac distantissimè est segregata, & immunis.

110. Nam Sacratissima Virgo Maria nullum habuit peccatum actuale, ut est definitum in Concilio Tridentino sessione 6. Can. 22. quod verò in sua purissima, ac immaculata Conceptione nullum contraxerit peccatum originale, & quod in primo instanti illius fuerit omni gratia præventa, est hodie constans sententia Theologorum; pro qua plusquam sex millia Doctorum pugnant, ut dixi Opuculo 4. de Conceptione questione decima-octava numero 142. Ubi in toto opusculo, & multis aliis in locis meis ibi citatis multa de hoc magno mysterio dixi, omniaque pro tam sublimi, & alto arcano parva, & pauca sunt, & quis poterit intelligere, aut assequi Sanctissimæ Virginis Mariæ magnalia, & ideo optime ait D. Laurentius Justinian, serm. de Annuntiat,

111. Qui locus communiter à Sanctis Patribus de B. Virgine maria interpretatur, D. Athanasius sermone de Deipara, D. Damascenus sermone de Assumptione, D. Ildelphonus sermone de Assumptione D. Bernardus, D. Bonaventura, multis in locis, & alii communiter D. Chrysostomus sic legit: Erecta stetit regina à dexteris tuis, & ait: Erecta stetit, quia nunquam cecidit, in dextris utpote in loco valde honorifico; Chaldaus legit, Siabit liber legis in laere dextra tua, & exarabitur in Exemplari splendor tuus, veluti obriso ex Ophir. Ac si dicat; Maria Virgo est liber legis quæ utpote à te data est pura sine macula, in qua ò Æterne Pater, splendor tuus filius tuus tamquam in suo exemplari, ac transumpto, seu copia est exaratus, scriptus tamquam in auro maxime defsecato, Filius Dei totus purus sanctus imo ipsa puritas, atque sanctitas, Maria illius exemplar, ac transumptum tota pura, & immaculata.

112. Ad Virginem mariam ait Deus per Oseam. 14. numero nono: Ex me fructus tuus inventus, id est ille, qui est meus filius, filius tuus; vel tunc gloriatur Æternus Pater quod eundem habeat filium cum Maria Virgine, D. Bonaventura in speculo cap. 14. ait: Æternus Pater loquitur ad Mariam, ex me fructus tuus inventus, ex me, quia ex utero meo genitus est, sicut in Psalm. 109. Scriptum est: ex utero ante luciferum genui te; Tunc ò Maria ad hunc producendum electa. Ait Æternus Pater, quod filius tuus sit filius Deiparæ, & ait: Ex utero genui te. Filius Dei non procedit à Patre ex utero sed ex mente, ex Maria procedit ex utero, cur ergo non dicitur, quod filius procedit ex mente sed ex utero, quod pertinet ad nativitatem ex Maria? Ut fiat manifestum Patrem Æternum gloriari, quod filius suus sit filius Mariæ; mutantur principii nomina, ut id, quod est ex mente, dicatur ex utero, & etiam quodammodo nostro dicendi modo, quod sicut Filius Dei procedit ex mente Paterna purissima, & sanctissima, sic & suo modo à Virginis utero purissimo, & sanctissimo, & forte hac de causa intellectus paternus, à quo filius procedit, uteris nuncupatur.

113. Ait Salomon maxime considerandum: Viam colubri super petram. Proverb. 30. numero decimono: Quæ verba exponit D. Ambrosius libro de Salomone cap. 2. de Christo Domino, & ait: Venit denique coluber ad petram, qui Christus, sed Christus Diaboli verba contempsit, ideo in petra vestigium non fecit. Cum Christus esset petra, ut ait Apostolus: Petra autem erat Christus, non potuit venenosus serpens eum mordere, atque in eo ponere vestigium: Atqui Sanctissima Virgo est etiam petra juxta illud Isaiæ 16. num. 1. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ de petra deserti postulat Agnum natum ex Virgine Maria, quam dicit petram deserti; quia tunc mundus erat desertus à gratia dei, vel ut ait Cardinalis Hugo, ipsa solet patrocinari & defendere desertos, ac destitutos ab omni præsidio, Maria autem Virgo, ut ait Albertus Magnus sermone super. Missus est, est firmissima petra constituta quam Diabolus non potuit attingere.

114. Ait Salomon Proverb. 8. numero 23. Ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret, quando æthera firmabat sursum aedam numero 28. Quomodo hæc

hæc possunt cohære; nam ex libro Genes. cap. 1. n. 1. constat, quod In principio creavit Deus Cælum, & terram. In quarto autem die, fecit Deus lunam, & stellas, quo ergo fundamento dicuntur æthera prius formata, & exornata, quam terra; Loquitur Salomon de Virgine Deipara; ut tenent D. Epiphanius hæresi 69. petrus Damian. serm. de Nativit. quæ ab æterno prædestinata, & ordinata, ac electa Mater Dei Ut esset Cælum animatum, ut eam appellat Joannes Damascenus, firmatum omni gratia, & sanctitate, & hoc antequam terra fieret, nempe Adamus, qui per peccatum originale factus est terra, pulvis est, & in pulverem reverteris; ante ergo hanc terram Adami ipsa fuit ordinata Christi Mater, ut Cælum animatum, purum, & ab omni macula immune.

115. Dicitur 2 Reg. 23. n. 4. Sicut lux aurora Oriente Sole mane absque nubibus rutilat, quem locum de puritate Virginis Mariæ explicat D. Bonavent. in speculo cap. 9. ubi sic ait: Lux aurora & sanctitas Maria, quia ipsam irradiare dignatus est, processurus de ea Sol justitiæ: Quia Sol justitiæ Christus Jesus nasciturus erat ex Maria Virgine, eam resplendere fecit absque nubibus, quæ in aliquo vel etiam minimo eam obscurare non possent.

116. Vers. 13. Et facta est vox ad eum, nempe imaginaria & mentalis, ut solet fieri in extasi. Petro, Syriacus habet: Simon, sed rectius nostra Vulgata, & Græcus legunt Petre, quia ei loquebatur hic, ut supremo Capiti Ecclesiæ, cujus proprium nomen est Petrus: Surge, quod verbum indicat diligentiam, & celeritatem in executione mandati; Deus suos ministros vult diligentes, & non pigros, ac ignavos.

117. Occide, & manduca. Syrus: Malta, Beda: Imola, manduca. D. Chrysost. Vescere, dicitur Occide nempe eorum vitia, ac abominationes prædicatione, & exhortatione, Sacramentorumque applicatione: Fit allusio, ut ait Beda, ad sacrificia antiquæ legis veteris; nam ex victima immolata Deo etiam laici comedebant.

118. Manduca Id, quod comeditur in comedentis corpus convertitur, sic prælatus peccatorum abominationes occidat, ut eas convertat in Ecclesiæ corpus, sic D. Hieronymus in Thren. ait, cap. 3. Petro, ut capiti (ait) dicitur, malta, & manduca id est vetustatem earum conterere, & in corpus Ecclesiæ, ac tua membra converte.

119. Vers. 14. Ait Petrus, Absit Domine. Arabicus Nullo modo Domine, & dat rationem, nunquam man-

ducavi omne commune; & immundum. Syriac. Coramitarum. Arabicus: Pollucum. D. Cyrillus addit: Neque intravit in os meum caro profani; dixit omne commune, & immundum, quod idem significat & unum est interpretatio alterius, & significat cibos gentilium, à quibus abstinebant Judæi, de quo infra q. 17.

120. Vers. 15. Et vox iterum secundo ad eum. Syriac. Et rursum duobus temporibus vox fuit ad eum Arabic. Secunda vice existente Petro in hac sua extasi ter vidit hoc linteum ad se descendere de Cælo: ter audivit: Occide, & manduca. Ter se excusans respondit: Nunquam manducavi commune, & immundum. Ter ei dictum est, & audivit: Quod Deus purificavit tu commune ne dixeris, ut notat noster D. Cyrillus, in Leviticum: ter hæc facta sunt, ut intelligat, & cognoscat visionem esse veram; & ut prompto animo ad eam advertat.

121. Vers. 16. Statim vas receptum est in Cælum: Syriac. Sublatum est vas. Arabicus, Ascendit vas rursum. Æthiopicus: Receptum est in Cælum vas fistile. D. August. Sublatum est fistulus unde venerat, Nam vocatio gentium venit de Cælo ex auxilio Dei, & sic vocati recipiuntur in Cælum ad beatorum sedes.

122. Vers. 17. Et cum intra se hæsitaret Petrus, ut ait Chrysostomus, ut solutio esset gratior & sic factum est cum Joseph Sponso Virginis Mariæ. Æthiopic. Dum inter se miratur. Tunc ecce viri, qui missi erant Cornelio. Deus alta sua providentia suis occurrit, eorumque desideriis subvenit, ut nunc petro affectanti totius visionis intelligentiam aperit, & cuncta sua providentia disponit, ut viri inquirentes Simonem statim, atque illico steterint ad ejus portam.

QUÆSTIO XXII.

Quare cibus immundus dicitur purificatus?

123. Dicitur Petro, quod illa animalia in linteo, quamvis alias essent immunda purificata tamen erant à deo, & quamvis ad corticem literæ communis interpretatio est, quod olim in lege Moysis multi cibi tamquam immundi erant reprobati, ac Christus D. veniens talem legem abrogavit, omnesque cibos fecit mundos, & aptos ad communem hominum usum: Unde, R. Moyses, & R. Salomon apud Lyram, Genes. 9. n. 4. dixerunt tempore Messæ nulla animalia fore immunda, ut antiquitus erant sub Moysè, sed omnia fore munda, ut erant tempore Noë, Genes. 7. n. 8.

124. Quantum ad sensum spirituales visionis, per illa animalia denotabantur gentes, quæ erant tamquam esæe immundæ, tamen Deus eos sua gratia vocavit, justificavit, sanctificavitque; erant immundæ antequam haberent condimentum divinæ gratiæ; novit divina gratia ex venenosis serpentibus conficere divinas, ac cœlestes dapes, inde vas receptum est in Cælum.

125. Ad impetrandam benedictionem patris sui Isaac Rebecca Spiritus Sancti afflatu sua det filio suo Jacob: Afer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis escas Patri tuo quibus libenter vescitur, Gen. 27. n. 9. In quo Sancti Patres alta indagant mysteria, sed quomodo hædus, qui est symbolum peccatorum, & ideo ad sinistram sunt collocandi, potest placere Deo? Hæc est potestas divinæ gratiæ, quæ ex depravatis peccatoribus valet præparare Deo gratissimum epulum, quo maxime exultat, & lætatur

Y 4 tur

Carthuf. Gloffa. Dixit Spiritus, Carthusianus, & Gloffa per spiritum intelligit Angelum, ut Divini Spiritus Vicarium, qui in corpore assumpto loquutus est ad Petrum; Aptius tamen D. Cyril. Jerofolymit. Cateches. 17. D. Chrysoft. in presenti, D. Ambros. lib. 2. de Spiritu sancto cap. 17. D. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 2. intelligunt Spiritum sanctum, qui per internam inspirationem; & loquutionem dixit Petro, & hæc solutio inde est probabilior ex his, quæ sequuntur in versu sequenti; *Ego misi illos.*

142. Vers. 20. Surge ab oratione, in qua fervidus ex-
tabat: Sæpe oratio omittenda est, vel propter officia, vel ob propriam obligationem, sic & Moyfi cum esset in monte cum deo dictum est; *Descende, peccavit populus tuus*, Exod. 32. n. 7. de quo multa dixi variis in locis, *Descende*, erat enim, ut notat Lyranus, orans in superioribus partibus domus, ut patet ex principio hujus capituli.

143. *Vade cum eis nihil dubitans.* Syriacus: *Proficiscere cum eis nihil mente ambigens.* Arabicus: *Nihil habitans propter illam rem.* Ethiopicus: *Non ambigens quidquam;* Causa autem forsitan erat dubitandi, quia metuerat Petrus fratrum reprehensionem, si ad gentes incircumcisas accederet, cum eisque haberet commercium, de qua reprehensione agit capite sequenti n. 21. & magnus Petrus nullum, de se volebat dare scandalum, & cum esset tam magnus non recusabat aliorum reprehensionem.

144. *Descendens autem Petrus.* Ethiopicus: *Descendit de tabulario suo.* Pagninus: *Descendit ad viros, qui missi fuerant ad se à Cornelio;* Descendit, non ab alio vocatus, sed ab instinctu Spiritus motus, tamquam si eorum interrogationem audisset. Respondit: *Ecce ego, quem queritis.* Arabicus: *Ecce me, quem petitis.* O magnum documentum cunctis gubernatoribus, ut non se abscondant, & ac-
condant à subditis.

145. *Qua est causa, propter quam venistis?* D. Chrysoft. *Ob quam causam adestis.* An D. Petrus cognoverit causam adventus, dubitatur. Gloffa, & Carthusianus affirmant cognovisse, tamen ut suam absconderet virtutem, ex humilitate monstrat se nescire. Gloffa vero Interlinealis, D. Gregor. homil. 1. in Ezechiel. dicunt re vera nescire, quod videtur conformis simplici responsioni Petri.

146. Vers. 22. *Dixerunt, Cornelius Centurio vir justus, ac timens Deum.* Nuntii isti virtutes Cornelii exponunt, ut certiore Petrum faciant de revelatione ei facta ab Angelo, & insuper ad ejus virtutem comprobandam addunt: *Testimonium habens ab universa Judæorum gente.* Syrus: *De quo honorificum fert testimonium Gens Judæorum.* Arabicus: *Cujus virtuti attestatur universa plebs.* Arias, *Testimonio ornatus Divino.*

147. Judæi maxime adversabantur gentibus, inde maxima laus Cornelii, quod à suis contrariis rectum haberet testimonium, sicut ille alius, Luc. 7. n. 4. & 5. *Responsum accepit ab Angelo.* Responsum supponit interrogationem, ac postulationem, quæ quidem nulla legitur, merita tamen Cornelii postulabant, & interrogabant ab Angelo tale responsum. Hæc moraliter sint dicta, tamen genuinè in radice Græca respondere idem est, ac oraculum dicere, & dare, & ita Oecumenius legit *Oraculum accepit* D. Chrysoft. *Oraculo admonitus.*

148. Vers. 23. *Et introducens eos recepit hospitio,* benignè, ac familiariter cum eis agens, & cum moderata copia, & mensa; hoc enim hospitaliter denotat cum sobrietate Apostolica, & pro illa die cum Petro remanserunt, ut à labore itineris requiescerent: *Sequenti autem die surgens.* sedulo profectus

est cum illis, ut ait Lyranus obediens divinis mandatis.

Et quidam ex fratribus ab Joppe. Syriacus: *Et comitatus est eos unusquisque ex fratribus;* ob eximium amorem, quem conceperant erga Petrum, non poterant ab eo separari, ideo aliqui eum comitati sunt, cum illis tribus viris missis à Cornelio. Illi autem, qui comitati sunt Petrum erant ad minus sex, ut patet ex cap. 11. n. 12.

QUÆSTIO XIX.

Quare Petrus cum esset hospes in domo Simonis Coriarii, hos Cornelii nuntios excipit hospitio tamquam in domo propria?

150. **I**n illa Sancta primitiva Ecclesia omnibus omnia erant communia, ac sub pedibus Apostolorum, præcipueque ad pedes Petri ponebantur; ac proinde ex ejus dispositione cuncta ordinabantur; Cum autem Simon Coriarius esset vir justus, & probus, fidelissimusque Christianus, sua omnia erant communia, atque ad nutum Petri disponenda.

Petrus ut caput, ac exemplar omnium Prælatorum benignè excipit peregrinos, ut cæteri tali exemplo formati ejus vestigia sequantur: Omnes maxime commoventur, ac impelluntur magnorum exemplo, quod multis comprobatur D. Ambros. lib. de Abrahamo cap. 5. & lib. 1. de offic. cap. 21. Abrahamus hospitalitate excipit ipsum Dei filium, & magnam Sanctissimæ Trinitatis cognitionem, meruitque procreare Isaac, Genes. 18. Loth evasit incendium, Genes. 19. Raab salutem est consecuta, Josue 2. Vidua Sarepthanæ Parentis Eliæ à fame per tres annos liberatur, filiumque redivivum ob-

tinuit. 3. Reg. 17. Sunamitis hospitio Eliæ impetrat filium, & mortuum suscitatum, & oleum, ut reddat creditori suo. 4. Reg. 4. & Zachæus dum hospitio recipit Christum, facta est salus ipsi, ac toti domui ejus, Luc. 19. Et Discipuli in Emaus dum sub forma peregrini Christum excipiunt hospitio, meruerunt esse inter primos, qui eum resuscitatum viderunt, Luc. 24. & monet D. Gregor. homil. 23. in Evangelia: *Sunt enim non modo ad hospitium invitandi peregrini, sed etiam cogendi exemplo sedentium in Emaus.*

Hinc Paulus scribens 1. ad Timotheum, cap. 3. n. 2. exhortans ait. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem.* Cur non commendat eum esse charitativum, benignum, elemosinarium, sed hospitalem? Hospitalitas, ut ex D. Chrysoft. Ruperto notat Paulus Burgens. ad cap. 18. Genes. *Respicit extraneos, ac alienos à patria, & cipiat.*

terram suam, ideo Apostolus maxime commendat hospitalitatem potius, quam charitatem, quia charitas incipit à se ipsa, & à suis, ac hospitalitas tendit in extraneos, ac alienos, in quo maxime refulget Episcopi dignitatis splendor, dum ipsos extraneos, ac alienos à suis suscipit, fovet, ac cibatur.

Ad quod graviter exhortatur Abrahamus non solum jam citato cap. 18. sed etiam quia ut dicitur cap. 21. n. 23. Genes. *Abraham vero plantavit nemus in Bersabee.* Jonath. legit: *Plantavit hortum arboriosum, densum, & plenum optimis fructibus,* ac proinde omni jucunditate, ac amenitate, valde delectabile, & ad quid tale nemus ac hortus tam gratus omnibus sensibus extruitur, & plantatur? Respondet Lyranus: *Propter hospites transientes respiciendos, ut amenitate loci recrearentur.* Audiamus nunc

Rabbi. Samuel. nunc electionem Rabbi Samuel dicentis: *Plantavit Paradisum,* Paradisus locus proprius est habitacionis Dei, quomodo ergo locus constructus ad excipiendos peregrinos dicitur Paradisus tamquam habitacionis Dei; quia Abrahamus tanta gratia, benevolentia, ac veneratione peregrinos excipiebat, ac si in eis Deum reciperet. Dicent electi in extrema illa die, Domine, *Quando te vidimus hospitem, & collegimus te?* Respondet Christus D. Amen dico vobis, *quandiu fecistis uni ex minimis istis fratribus meis, mihi fecistis,* Matth. 25.

154. Cum audisset Laban venisse Jacob filium sororis sue cucurrit obviam ei, *Et amplexatus est;* & in oscula ruens duxit eum in domum suam, Gen. 29. n. 13. Admiratione sane dignum est, quod Laban homo rusticus, ferus, ac malè indolis tam lætus, ac jucundus recipiat Jacob, tanta benevolentia, ut antequam Jacob ad ipsum accedat, ei obviam occurrat. Unde illius rusticana feritas, ac indomita disciplina sic mitescit ac commutata est? Sic erat illis antiquis Patribus in animo impressa, ac inculpa affabilitas in peregrinos, ut nulla indisciplinata feritas illam potuerit despiciere, quin potius summa benignitate, atque alacritate illis subveniret. D. Chrysoft. ibi ait: *Considera, quomodo sacra Scriptura nos doceat mores veterum, quanta in excipiendis hospitibus fuerint alacritatis, ecce Laban, qui cucurrit & ipse in occursum Jacob, & salutavit eum.*

Qui autem peregrinos non receperint, & duri fuerint in eos, multum timeant divinam justitiam: Ait Christus D. Matth. 10. n. 14. *Et quicumque non receperint vos, exeuntes foras de domo, vel Civitate excutite pulverem de pedibus vestris, Amen dico vobis valeabilius erit tibi terra Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi Civitati.* Cur mandat Dominus excutere pulverem de pedibus; Geometra in Catena Græca ad cap. 10. D. Lucæ. *Simpliciter vult pulverem excutere, ut hac ratione ostendat se nihil ab eis accepisse, ut ita iudicium durissimum sustineant cum nullam charitatem erga peregrinos habuissent.*

155. **A**it Christus D. Matth. 10. n. 14. *Et quicumque non receperint vos, exeuntes foras de domo, vel Civitate excutite pulverem de pedibus vestris, Amen dico vobis valeabilius erit tibi terra Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi Civitati.* Cur mandat Dominus excutere pulverem de pedibus; Geometra in Catena Græca ad cap. 10. D. Lucæ. *Simpliciter vult pulverem excutere, ut hac ratione ostendat se nihil ab eis accepisse, ut ita iudicium durissimum sustineant cum nullam charitatem erga peregrinos habuissent.*

156. **A**ltera autem die introivit Cæsaream, Cornelius verò expectabat illos convocatis cognatis suis, & necessariis amicis.

Num. 25. Et factum est cum introisset Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit.

Num. 26. Petrus verò elevavit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum.

Num. 27. Et loquens cum illo intravit, & invenit multos, qui convenerant.

Num. 28. Dixitque ad illos: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Judæo conjugi, ac accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit Deus neminem communem, aut immundum dicere hominem.

Num. 29. Propter quod sine dubitatione veni accersitus: Interrogo ergo ob quam causam accersistis me?

157. **A**ltera autem die, hoc est in crastino recessit Petri à Joppe; nam ut patet ex tabulis Adrichomii, Cæsarea distat à Joppe spa-

tio quindecim leucarum; seu horarum, quod in duobus diebus facile confici potuit, & missi à Cornelio moram fecerunt alteris duobus in itinere, & sunt quatuor dies.

158. **C**ornelius autem expectabat eos, Syrus: *Præstolabatur eos congregatis ad se omnibus filiis cognationis sue.* Arabicus: *Lamque convocaverat omnes ad se amicos suos.* Ut multa cum reverentia exciperetur Petrus, omnesque illius doctrinæ ferent participes, Et necessariis amicis. Intime, & maxime conjuncti.

159. **E**t factum est cum introisset Petrus, D. Chrysoft. *Ubi advenit Petrus. Oecumenius: Cum autem contigit introisse Petrum; quid deinde contigit. Centurio procidens adoravit eum.* Cornelius cum esset vir justus, ac fidelis rectè sciebat Petrum non esse Deum, vel Angelum, sed adoravit adoratione civili, & humana, quam solemus exhibere magnatibus, ac viris Ecclesiasticis etiam genitexo.

160. **V**ers. 26. *Petrus elevavit eum, dicens: Surge, græcus: Quid facis? Surge,* hoc præstitit Petrus modestiæ, ac humilitatis causa, & ait: *Ego homo sum,* tui similis humana natura; nam quamvis Petrus esset valde magnus, semper humilitatem sectabatur, veniens enim Joppen, non apud aliquem magnum, & principem, sed apud domum plebeiam, ac Coriarium hospitatur.

161. **V**ers. 27. *Et loquens cum illo.* Syriacus: *Cum loqueretur ei.* D. Chrysoft. conveniebant, qui simul aderant, docet Chrysoftomus exponens Petrus conditionem suam, nempe quod esset homo, & cum introisset invenit multos, qui expectabant ejus adventum.

162. **V**ers. 28. *Dixit, Vos scitis, quomodo abominatum sit viro Judæo conjugi, aut accedere ad alienigenam.* Græcus: *Nefas esse.* Syriacus: *Non licere.* Ethiopicus: *Communicare.* D. Chrysoft. *Adherere.* Arabicus: *Adire.* Biblia Gothica apud Marianam: *Iniquum, abominabile,* nam Judæi maxime adversabantur gentibus tamquam alienigenis à lege dei, ut hominibus infidelibus, & immundis, è contra vero etiam gentes contemnebant Judæos, ut homines singulares in religione, cultu, ac ceremoniis in his omnino sibi contrarios. *Sed mihi ostendit.* Ethiopicus: *Mihirevelatum est.* Ex quo constat jam Petrum intelligere sensum visionis linteam, ac animalia, ubi denotabantur gentes, quas occisis earum peccatis deus purificaverat.

163. **V**ers. 19. *Sine dubitatione veni.* Syriacus: *Expedit veni.* Arabicus: *Sine rebusitatione.* Chrysoft. *Absque contradictione.* Varablus, Pagninus *incunctanter.* Arias *incontradictor, ac proinde summa diligentia.* Interrogo ob quam causam. Eam optime sciebat Petrus ex visione lintei, & ex revelatione sibi à deo facta, & nuntiis missis à Cornelio; tamen interrogat, ut cognoscat, an Cornelius perseveret in eadem voluntate, magisque Cornelii animus seruetur, atque accendatur ad res fidei audientias.

164. **Q**uare D. Petrus tam confidenter conversatur cum his hominibus gentilibus, cum olim stans cum illis ceciderit, ac negavit?

165. **I**n nocte sacratissimæ Passionis in atrio Pontificis, Joan. 18. n. 18. *Stabant autem servi, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se, erat cum eis Petrus, & calefaciens se.* Quid inde

QUÆSTIO XX.

Quare D. Petrus tam confidenter conversatur cum his hominibus gentilibus, cum olim stans cum illis ceciderit, ac negavit?

CUM EXPOSITIONE VI.

156. **A**ltera autem die, hoc est in crastino recessit Petri à Joppe; nam ut patet ex tabulis Adrichomii, Cæsarea distat à Joppe spa-

163. **I**n nocte sacratissimæ Passionis in atrio Pontificis, Joan. 18. n. 18. *Stabant autem servi, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se, erat cum eis Petrus, & calefaciens se.* Quid inde